



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Thesavrvs|| Locorvm|| Commvnivm|| Jvrisprvdentiaē

Barbosa, Agostinho

Lipsiaē, 1697

Cap. XX. De Censu.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80071](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80071)

II.

Quod celeritatis beneficio inventum est, non subdendum injuriis tarditatis. Jac. Cuiac. in *parat. Cod. si de moment. poss. fuer. appell. § lib. 1. obs. 20.* Unde est, quod a sententia in summario (ut Dd. loquuntur) possessorio lata, non liceat nec appellare nec leuterare. Carprov. p. 1. *constit. 19. de f. 24.*

III.

Celeritas in belli, tarditas in pacis negotiis praevalet. Perez. *Cod. de Comit. rei milit. n. 7.*

CAP. XX.

De Censu.

Axioma I.

Pet receptionem Canonis & Censui probatur Dominium l. 19. C. de R. V. Brunnem. ad l. 20. C. de Agric. & Censu. n. 1.

II.

Ob sterilitatem vel bellicos tumultus ad remissionem Canonis Emphyteuta agere non potest, nisi plane fundo uti non possit; Canon enim non pro fructibus, sed in recognitionem domini datur. Brunnem. ad l. 16. C. de omni agro deserto l. 3. C. de fund. patrimon. ibique Brunnem. n. 1.

CAP. XXI.

Certus, Certum, Certioratio, v. infra verbo quis, axiom. 2.

Axioma I.

Certis modis contrahitur obligatio & dissolvitur. l. exceptiones 7. §. 1. de Except. l. 52. de O. & A. l. 44. §. 1. vers. placet. *Eod.* Et hac decidendi ratio Impp. Diocetiano & Maximiano valde est familiaris, ut adparet ex l. 20. C. de pact. l. 5. C. de pact. conv. l. 8. Cod. de ingen. manum l. 7. Cod. de senent. & interloc. l. 12. & l. 13. C. de probat. Ubi ratio quidem ista est criptica, sed tamen arguta. Dn. D. Bittch. in *Comm. MS. add. l. 13. §. l. 8.* ibi: certi sunt modi quibus matrimonium dirimitur. ff. de his qui sui Sic sunt certa Vassalorum servitia, nec ultra Vassallus compelli potest. Heig. 1. *quest. 18. n. 15.* certi etiam modi quibus feudum amittitur. 2. f. 23. si certa & recepta sunt excusationum & immunitatum cause. l. 2. §. 7. ff. de vac. & excus. mun. Unde quia sunt certi modi ut constituenda, ita & tollenda obligationis, etiam necessum fuit ita definiri: Hinc ita colligere licet, quemadmodum Marcus Tullius pro Cecin. Si per has rationes liberari majores voluerunt, intelligimus alio modo noluisse nos liberari, Cuj. in *recit. C. ad l. 5. C. de pact. p. 49.*

II.

Paria sunt quem esse certum vel posse certificari. Steph. Bertrand. *conf. 218. n. 15. lib. 2.* Alberic. de Rolat. in l. si quis in gravi §. si quis ignorans. num. 3. ad SC. Syllan. Adr. Gylman. 4. *vor. 27. num. 102.* certior autem factus non dicitur, cui

non omnes rei circumstantiae atque causa dilucide sunt expositae, Tiraq. de *retr. prox. §. 36. gloss. 2. n. 30. per Clem. causam 3. ubi Imola de Elect. c. concertationi. §. ubi gloss. verb. stiterit de appellat. in 6. Welf. f. 1. conf. 43. num. 30.* Ea tamen facta non praesumitur. Bald. in l. 1. n. 4. C. ad SC. Vellet. per l. sciendum 30. de Verb. Obl. Est enim Facti Jaf. in *Auch. sacramenta. C. si advers. vendit. num. 55.* Facta autem non praesumuntur, sed probantur l. asseveratio 10. C. de non num. pecun. Et est certioratio solennitas extrinseca Jaf. *praeal. loco n. 59.* quae nunquam praesumitur l. quaecunque 13. §. fin. de publ. in rem. Welf. p. 1. *conf. 23. n. 9.*

III.

Actiones nostrae certa esse debent. Hac sententia non modo a Jurisconsultis, sed & Theologis probatur. Eleganter P. Martyr in *Comm. 1. ad quest. D. Paul. ad Corinth. cap. 9. vers. 26. p. 123.* ubi ex his docetur, inquit, actiones nostras non oportere vagas & incertas esse, cum perpetuo ad praestitutum finem dirigenda sint: nisi velimus frustra sudare. Liberant ictus pugiles, ne illis pereant, quibus nos non debemus esse minus diligentes in nostris rebus ad justum finem detorquendis. Non est tantum verbis, sed re ipsa praestanda quod profitemur. Hoc ergo licet in omni actione humana procedat, cum primis tamen in actionibus judicialibus locum sibi vindicat, praesertim ubi in criminalibus versamur; hic enim vel maxime certum auctorem esse oportet, nec temere in criminibus decet vagari. l. 16. de dolo. ubi vid. Cuiac. in *Paul. lib. 15. ad Ed. l. 7. de injur.*

IV.

CERTUS qui est, amplius certiorari non debet, sicut nec is qui semel certioratus est, l. in fin. de act. empt. vend. ubi gloss. verbo qui non ignoravit. quia certioratio fit ad finem, ut quis sciat; ergo si scit, non requiritur certioratio, l. 16. ubi gloss. verb. imputari. C. de Ep. aud. l. qui jure 7. de test. mil. l. 5. ff. de action. emt. cap. cum qui 31. de regulis juris, lib. 6. gloss. verb. cognoverunt. in princ. in cap. cum inter 18. de elect. Tiraq. de *retractu. lig. gloss. 2. §. 36. num. 24.* Rimin. jun. *conf. 238. nu. 37. volum. 3.* Gemin. *consil. 23. num. 5.* ubi ampliat in actibus de sui natura prohibitis, quia sufficit, ut quis sciat quomocunque, etiam si non sequatur intimatio prohibitionis; & num. 13. vers. item quando. ampliat, ut procedat etiam in casibus, in quibus requiritur insinuatio, & intimatio, quando quis habet plenam notitiam, quia non requiritur alia certioratio, & intimatio. *Surd. conf. 272. num. 12. & decis. 288. num. 44.* Menoch. *consil. 825. num. 11. lib. 9.* Theaur. *decis. 221. in fine.* Card. Tusch. *practic. concl. tom. 1. lit. C. concl. 198. à princ.* Joan. Baptista. Costa de *scientia & ignorantia, inspect. 70. per tot.* Stephan. Gratian.